

523.

Bischof Dietrich von Meißen schlichtet auf Grund einer früheren Verordnung des Bischofs Caspar den Streit zwischen Dominicanern und Franciscanern einerseits und der Pfarrgeistlichkeit zu Freiberg andererseits wegen des Predigens, bestimmt die Rangordnung bei Processionen und verbietet den
 5 *Mönchen die Verkündigung von nicht durch den Diöcesanbischof beglaubigten Wundern sowie alle Schmähungen gegen die Pfarrgeistlichkeit.*

Freiberg, 1465 Jan. 9.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 30. Das S. an einem Pergamentstreifen. Bild: Halbe männliche Figur mit Heiligenschein, in der Linken einen Kelch, die Rechte erhoben; darunter Schild mit dem Löwen. Umschr.: S. Theoderici episcopi ecclesie Misnensis.

10 *Gedr.: (Klotzsch und Grunlig) Sammlung verm. Nachr. 1,214.*

Ann.: In dorso: Concordia eum monachis in Friberga super predicacione et patrociniis (Saec. XV). Vergl. No. 522.

Theodericus dei gracia episcopus Misnensis universis et singulis presentes litteras nostras inspecturis notum esse volumus, cum ad | aures nostras vulgari clamor perduxerit, qualiter inter religiosos fratres de ordine mendicantium presertim in opido Fri-
 15 bergensi | ex una et devotos nostros dilectos rectores parrochialium ecclesiarum ibidem nostre diocesis partibus ex altera gravis pro et ex eo, | quod ordinatio inter eosdem per felicis recordacionis dominum Casparem episcopum Misnensem germanum et predecessorem nostrum edita per nonnullos fratres religiosos crebrius mutilata et violata asseritur, exorta existat differentia, pastoralis sollicitudine pulsati et permoti, ita ut de cetero scan-
 20 dalis et sedicionibus via precludatur, vigor caritatis et presertim inter ecclesiasticos et religiosos fulgeat et in aura sancte pacis ipsi mutuo conquiescant, presentibus et consentientibus religiosis fratribus Johanne Breslawer sacre pagine professore et Johanne de Róswyn priore ex parte predicatorum et Andrea gwardiano et fratre Balthasaro ex parte minorum necnon honorabilibus viris dominis Heynrico de Mergentheim sancti Petri,
 25 Heynrico de Spangenbergk beate Marie et Paulo Pretatezsch sancti Nicolai ecclesiarum parrochialium ibidem rectoribus, statuimus et ordinamus, quod prefati domini Casparis episcopi Misnensis ordinatio dudum condita in dicta civitate Fribergensi et in nostra diocesi inconcusse observetur. Presertim quod fratres dominicis diebus in summis festivitatibus, puta resurrectionis, ascensionis, penthecostes, corporis Christi, in solemnitatibus beate Marie
 30 virginis, in diebus dedicacionis et patronorum ecclesiarum parrochialium, in die omnium sanctorum, nativitatis domini et epiphanie a sermocinando ante prandium abstinere et plebanos in eorundem sermonibus nullatenus debeant impedire. Insuper quadragesimali tempore pro bono pacis fratres quarta et sexta feriis similiter a sermocinando abstineant. Idem in adventu domini observetur. Festa vero patronorum suorum, videlicet sancti
 35 Thome ac sanctorum Pauli, Dominici, Petri martiris, Vincencii, Francisci, Lodewici, sancte Clare, Johannis baptiste, possunt ipsi fratres, in quoscunque dies evenerint, solemniter celebrare. Item rectores parrochialium ecclesiarum nec non fratres feria secunda post singulas angarias seu quatuor tempora possunt commemoracionem sanctorum animarum peragere, uti hactenus observatum est. Item in processionibus generalibus fratres minores
 40 debent precedere, deinde predicatorum, demum domini plebani cum suis sacerdotibus.